

cur dicatur stella eius; deinde cur per stellam vocati Magi isti fuerint, ostendit: est enim effectus diuinæ providentiæ attingere omnia suaviter, & de materia peccati ac erroris sumere occasionem nostræ salutis; pro secunda felices illas nuptias prædicat, quibus Christus est præsens, quoniam ibi omnia in gratiam transeunt; pro tertia de baptisate Christi, & cur fuerit factum, loquitur. *serm. 157. col. 359.*

Eiusdem, sermo tertius, explicat, quæ in euangelio ad Herodem pertinent: & demonstrat, Herodem & alios sine causa turbari, cum Christus humilis & pauper venerit, cur hierosolyma turbata fuerit, cur occultè magos interrogauerit, tandem ad illud Herodis alludit, *renuntiate mihi*, quia diabolo, cuius locum tenebat renuntian- dum est. *serm. 158. col. 399.*

Eiusdem, sermo quartus de Iudæis, & Gentilibus, Pastoribus & Magis Christi in præsepio adorantibus, Isaia prædicente. *Agnovit bos possessorem suum & asinus præsepe Domini sui*; quod de istis exponitur: deinde quomodo tibus fidei, myrrham boni odoris, aurum charitatis offerre debemus Christo, docetur. *151. col. 401.*

Eiusdem, sermo quintus. Quod Christus noluit à nobis ignorari, & ideo hæc die manifestè apparet tribus modis; stella, baptisate vino ex aqua facta, qui tres modi Christi Deitatem probant. *serm. 160. col. 403.*

S. IOAN. CHRYSOSTOMI oratio in Theophania, in qua tantum tractat de Christi baptisate. *Tom. 6. pag. 252.*

B. P. DAMIANI sermo in Epiphania Domini, varia pertractat. I. Christum aduentu suo in carne, illum in asse mundi tenebras densissimas II. Iudæis tanquam ratione utentibus Angelum apparuisse, Gentibus verò quasi brutis, stellam calorum. III. B. V. Mariam, stellam à similitam esse, ratione quatuor proprietatum, quæ illi attribuantur, Christum autem soli comparatum, ob quinque principales proprietates. IV. Magos à stella illuminatos venisse ad solem adorandum, & quomodo se ges-

serint. V. Munera mystica Christo à Magis oblata, eadem ipsi filio à Virgine matre Maria fuisse collata. VI. Munera à nobis Domino nato Magorū exemplo offerenda. VII. Multiplex de Christo Salvatore testimonium; hominum, videlicet, Angelorum, mulierum, viro- rum, senum, paruulorum, terrenorum, coelorum, Gentilium, Iudæorum, anti- quorum, modernorum, lucis, tenebra- rum, legis, Prophetarum, Regum, tur- barum, vitiorum, mortuorum, bruto- rum, solis, & elementorum. *Tom. 2. serm. 1. pag. 149. & sequentibus.*

DIONYSII CARTHUSIANI de Epiphania Domini in Epist. illa dicta. *Surge illuminare Ierusalem quia venit lumen tuum. 15. 60.* cum Propheta omnem Christianam cōgregationem hor- tatur ad duo I. ut fergat, à ruinâ pec- cati per quod spiritualiter ruit à sum- mo bono ad vana & caduca; ab imper- fectione ad perfectionem; vt conetur in virtutibus crescere, corporaliter à lecto materiali ne plus quam requirit natura summo indulgeat, sicque bona multa omitat; à quiete actuum vitæ contemplatiuæ sc. à meditatione sacra, à speculatione cœlestium, oratio- nibusque sacris, ad labores vitæ actiuæ, vt tempore opportuno proximis suis consilium impendat & auxilium: His modis Magi hodie Christum quæsi- runt & inuenerunt. II. vt illuminari optet & studeat à Christo, qui est stella splendida & matutina, sol sapientiæ, lu- men gentium, fons viuus. &c. *In proprio de sanctis. fol. 67. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem pro præcedenti festo sermo primus in Euag. Tria circa illum consi- deranda proponit. I. Quod Christus natus describitur diebus Herodis duplici ratione, vt ostendatur aduentus Christi tempus à Daniele Propheta prænun- tium completum esse; 2. vt prophetia beatissimi Iacob Patriarchæ in Christo manifestetur impleta, non auferetur sce- ptum de Iuda, &c. II. In tribus Magis mirandum est quod, apparitione stellæ festum natum intellexerunt, non suâ sed Dei virtute tredecim diebus ab oriente in Bethleem venerint; tam citò ab in-